



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 171. De judicibus pro hoc tribunal constitutis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

qua de hæresis, Judaismi, Mahometismi, sacerdotum XV.  
fortilegii, sodomiæ, & poligamiæ crimi- A.C. 1478.  
nibus inquiritur, ac cognoscitur.

§. CLXXI.

*Hujus Tribunalis Judices.*

Receptus in Hispania mos est, ut Rex pro cunctis suis Regnis generalem Inquisitorem nominet, qui postea a summo Pontifice confirmatus, particulares Inquisitores pro singulis locis designat. His vero absque Regis consensu ac beneplacito officii sui munia subire integrum non est. Præterea in ea urbe, ubi supremus Inquisitor seu Inquisitionis Praeses sedem figit, Rex Senatum sive Consilium instituit, quod suprema in omnes Inquisitionis caussas auctoritate munitum est. Hujus Senatus Ministri seliguntur Viri ceteris nobilitate ac prudentia maxime conspicui, qui *Familiares* appellari solent. Hi id muneris habent, quod de hæresi accusatos comprehendendi jubeant, tantumque auctoritatis pondus eorum mandatis ex jurisdictionis hujus terrore, & debita in judices Reverentia accrescit, ut ad sola hæc cujusdam *Familiaris* verba: *Ex mandato sanctæ Inquisitionis,* accusatus nec hiscere audeat, sed mox se capiendum tradat, imo nec vicinorum ullus ea de re conqueri præsumat; Ipse etiam Pa-

U u 4

ter

Sæcul. XV. ter Filium, & Maritus Conjugem hisce  
A.C. 1478. judicibus committunt, & si fors inde tu-  
multus oriatur, in locum accusati & fuga  
elapsi omnes, qui ad impediendam rei  
fugam opem conferre detractarunt, car-  
ceri mancipantur.

## §. CLXXII.

*De modo iudicandi per inquisitionem.*

*Philipp.  
a Limbroc.  
hist. xquis.*

Igitur accusati seorsim in tenebrosum  
conciuntur carcerem, in quo per plu-  
res menses necdum habita quæstione de-  
tinentur, donec ipsimet suæ captivitatis  
caussam fateantur; nunquam enim testes  
cum accusato conferuntur. Coimpta  
detentione confessim omnes, quibus con-  
junctio sanguinis cum reo intercedit, pul-  
lis induiti vestibus, propinquum suum ve-  
lut jamjam mortuum plangunt, & ne-  
quidem pro eo deprecari, aut carcerem  
accedere audent, veriti, ne in hæresis  
suspicionem traherentur, atque in partem  
etiam poenæ vocarentur, imo etiam  
ejus, qui captus detinetur, parentes  
quandoque ob metum, ne culpæ facili  
credantur, ad exteris regiones auffugi-  
unt: si vero accusati caussa nullis testi-  
moniis munita apparet, ipse post diutur-  
nam carceris poenam dimittitur, non sine  
bonorum suorum dispendio; eorum enim  
potissimum partem in Inquisitionis sum-  
ptus